

85 12. Deinde sequitur admonitio:

*Quoniam secundum apostolicam sententiam*¹²² *omnis potestas a deo est, necessarium tibi est, dilectissime fili, qui a deo constituendus es princeps, vim tue conditionis agnoscere. Omnes enim naturę administratione equales sumus, sed variante meritorum ordine alios aliis culpa postponit.*
 90 *Ipsa autem diversitas, que accessit ex vitio, divino iudicio dispensatur, in qua omnis homo equę stare non valet. Alter regatur ab altero. Unde cuncti, qui presunt, non in se potestatem debent ordinis, sed equalitatem pensare condicionis, nec preesse se hominibus gaudeant, sed prodesse. Unde sacra scriptura per Salomonem te hortatur dicens: ‘Rectorem*¹²³ *te posuerunt, noli extolli, sed / esto in illis quasi unus ex ipsis.’ Curam illorum habe, ut ornamentum gratie accipias coronam. Item in proverbiiis: ‘Rex*¹²⁴ *, qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in eternum firmabitur.’ Talem ergo te, fili mi, circa omnes et in omnibus studeas exhibere, quatenus te fratrem omnium in uno corpore sancte matris ecclesie recognoscas. Sicque populum istum domini iusticię tramite temporaliter regas,*
 100 *ut eternaliter cum Christo regnare valeas. Qui cum deo patre.*

13. His expletis osten[dat]^j eum dominus^k metropolitanus populo dicens: *Ecce*¹²⁵ *, quem elegit dominus in principem populo suo.*

14. Tunc faciat de eo sermonem, ut secundum apostolum¹²⁶ omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.

15. Et¹²⁷ percunctante eo de consensu populi proclamant unanimiter clerus et populus: *Fiat, fiat.*

16. Inde pontifex revertatur ad sedem / et consecrando ante altare prostrato, unus episcoporum inponat letaniam¹²⁸ et inter cetera compendiose^l prolata, interponat hec:

Ut hunc famulum tuum electum in principem consecrare digneris.

Te rogamus.

Ut eum benedicere et sublimare digneris.

j) Hs. osten. k) Hs. domus. l) Hs. compediose.

122) Vgl. Rom. 13, 1 und unten Nr. 14.

123) Ecclus. 32, 1.

124) Prov. 29, 14.

125) Zur singulären Präsentationsformel siehe oben Anm. 42.

126) Rom. 13, 1. Vgl. PRG 72, 8 (VOGEL/ELZE 1 S. 249) und oben Anm. 122.

127) Die Rubrik ist angelehnt an PRG 72, 9 (VOGEL/ELZE 1 S. 250): Tunc ergo a circumstante clero et populo unanimiter dicatur: Fiat, Fiat. Amen.

128) Vgl. PRG 72, 6 (VOGEL/ELZE 1 S. 248); die Fürbitten sind aber wieder für einen Fürsten umgearbeitet.